

tamquam suo gratissimo thalamo habitet: Deus obumbravit super eum, ipsum protegens, ac defendens ab innumerabilibus periculis, in mari, & in falsis fratribus, & roans in eum plenitudinem gratia, ut ei infra dixit Ananias: Dominus misit me ad te, ut implearis Spiritu sancto.

QUAESTIO IX.

Quare non dixit Christus: Quid meos persequeris, sed me persequeris?

59. Quando Christus apparuit Paulo.

D. Ambr. Theo. d. Chryso. Ioh.

60. Injuria facta contra Dei servos, fit contra Christum.

61. Drogo. D. Epir. D. Aug. D. Prosp. D. Greg.

62. Iai. 61. Sub eodem nomine Christus & Ecclesia.

63. Zach. 2.

D. Hier.

Math. 19. Christus idem cum suis ministris.

64. Chald.

dicatores, ac servos dei missos ad gentes, de quibus immediate ante loquitur, qui in tanta estimatione sunt apud Deum, tamquam lumen oculorum, & qui injuriam, ac detrimentum eis infert, pupillam ejus oculi offendit, ubi maxime exaggeratur, quam gravis sit talis injuria, & offensa apud Deum. Noster D. Cyrillus Alexandrinus ibi ait: Tangit igitur se, qui eorum animabus insidiatur, hoc igitur per Psalmistam dicitur: Nolite tangere Christos meos, & in Prophetis meis nolite malignari: si enim sumus corpus Christi, & membra de membris, quomodo corpus suum peccatoribus obicit, aut quomodo membra sua malis cumulari sustinebit: Imo quomodo non ultima luant supplicia qui servos suos scelerate insidias moluntur.

Maxime Christus Dominus nobilitat, ac condecorat Paulum in sua conversione, dum ad eum descendit sua praesentia, & voce, quod recte ponderat D. Bernard. serm. 1. in conversione D. Pauli: ubi sic ait: Lux & vox facta est, lucis, & vocis testimonia credibilia facta sunt nimis, nec dubitare est de veritate, quae se ingerit per utrasque oculorum scilicet, auriumque fenestras, sic nimirum, in Jordane quoque supra caput Domini, & Columba apparuit, & vox sonavit. Aeternus Pater volens altissime exaltare filium suum Jesum Christum in Jordane apparet super caput ejus Spiritus sanctus in specie Columbae & vox patris auditur: Hic est Filius meus, Matth. 3. num. 17. Ut ita testimonium esset maxime credibile, quae se ingerit per utrasque oculorum scilicet, auriumque fenestras simili suo modo. Sic nimirum in Jordane, disponens Christus mirifice condecorare, ac illustrare Paulum, ut de tanto honore nullus posset dubitare, testimonium praebet; per utrasque oculorum scilicet, auriumque fenestras: Oculis, dum lux de Caelo fulget, & Christus D. apparet; auribus dum ipsum proprio nomine vocat, quod est signum eximiae benevolentiae, & amoris ait Deus: Vocavit de nomine tuo meus es tu, Iai. 43. n. 1. Iai. 43.

Act. 9. num. 5. Qui dixit, quis es Domine? & ille: Ego sum Iesus quem tu persequeris: durum est tibi contra stimulum calcitrare.

Num. 6. Et tremens, ac stupens, dixit: Domine quid me vis facere?

Versiones,

CUM EXPOSITIONE III.

Verf. 5. Qui dixit, Athiopic. Cecidit prostratus, & dixit, & tunc ex humo loquitur, & licet videret Christum, hoc erat valde confusum, & indistinctum, & ait: Quis es Domine? & quamvis eum non agnosceret, ex lucis majestate reverenter loquitur, ut ait Interlinealis, & ut notat Chryso. infra ad cap. 22. n. 9. verba sunt non oblectantis, nec contententis, sed agnoscentis divinam virtutem, ac prompte obedientis, & ait: Ego sum Iesus, Actor. 12. n. 8. additur, sicut in Syriaco, ac Athiopic. Nazarenus. Id est ego sum Iesus Nazarenus.

Durum est tibi contra stimulum calcitrare. Syriac. Durum est tibi calcitrare ad stimulum. Arabic. Durum est tibi resistere stimulo, sumpta est metaphora à bobus cervicosis, qui contra stimulum, quo punguntur, damno suo calcitrant ut magis pungantur, & stimuli acrius insigantur, tamquam dicat Christus; te o Saule multis excitavi stimulis, nempe praedicationibus, verbis meorum Apostolorum Stephani, ac Barnabae, multis miraculis, atque inspirationibus, & conscientiae

Qui praedicatores offendit graviter Deum offendit. D. Cyril. Alexda.

65. D. Bern.

Mirifice Deus condecorat Paulum.

Matth. 3.

66. Athiopic.

Inverlin. d. Chryso. Ioh.

Act. 22.

Syriac. Arabic.

Meraph.

conscientiae remorsibus, & si in terra dejectus, adhuc resistis: meque verum deum non agnoscis duriores in te parabo stimulos, & durius, ac asperius te pungam.

67. D. Hilar. Arabic.

Verf. 6. Et tremens, ac stupens. D. Hilarus: Et pavens in eo, quod sibi acciderat. Arabicus: Cum tremere miratur, ex tanta luce, majestate, potentia, ac voce increpante, ex quibus se dejectum in terra videbat. Domine quid me vis facere? Sunt verba animi intempe ac plenissime compuncti, ac se totum devoventis, religiantis, ac subjicientis Divinae voluntati, ac imperio: Ad quacunque sibi mandata, quod totum factum est à divina gratia absque libertatis laesione, ut definitum est in Concilio Tridentino, de quo infra.

QUAESTIO X.

Quare Christus Dominus non ait: Ego sum Deus, vel Filius Dei, sed Iesus tantum?

68. Joan. 19.

Apparet vocans Paulum Christum, & ait: Ego sum Iesus tantummodo, at in Cruce alta dei ordinatione, ut ex nostro D. Cyrillo, D. August. D. Chryso. notavi suo in loco, multi tituli apponuntur: Iesus Nazarenus Rex Iudeorum Joan. 19. at vero vocans Paulum se dicit tantum Iesum. In praesenti occasione erat Christus in gloria ad dexteram patris at in Cruce in summa abjectionis humilitate, ut se à Patre derelictum clamaret dum ergo in sublimi gloria splendore fulget, ad suam majestatem indicandam una vox sufficit: Ego sum Iesus: At quando in Cruce est in extrema humilitate, ibi abscondita ejus fortitudo, ut ejus sublimitas agnosceretur, multae voces, multa signa, in Caelo, & in terra, multi tituli, multae inscriptiones, & variis linguis patenter in omnium conspectu fuere requisitae. Ad hoc tendit D. Chryso. homil. 44. in Joan. cum ait: Ut calumniantium os obstrueret, scilicet vilatus, & in regem suum insurrexisse denuntiaret, & tanquam trophaeum cuiusdam literas insculpsit, clara voce, & victoriam, & regnum profitentes nec hoc una lingua, sed tribus demonstravit. Expende tanquam triumpho cuiusdam literas insculpsit.

Multum ad humilitatis laudes, non sic ad excessu celebrandas. D. Chryso. Ioh.

69. Beda. Humilitate devincitur superbia.

70. Petrus. Blesens.

Suavitatem devincitur.

71. D. Chryso. Ioh.

D. Greg. Valde durum in benefactorem, in surgere.

lore stimulare, cum persequeretur suum Redemptorem, ac Salvatorem: qui eum pluraquam suam vitam dilexit, qui & posuit animam suam, ut ipse salvus viveret.

Quarto Non ait: Ego sum Deus, sed Ego sum Iesus. D. Bernardus serm. 1. in Conversione D. Pauli, ait: Ego sum Iesus, Ego sum Salvator, quem tu persequendo peris. Non se dicit Deum, sed Iesum tantum, tamquam si amplior & augustior sit Salvatoris nomenclatura, quam Dei, & ideo sub Salvatoris nomine vult maxime cognosci, ac manifestari; nam Deinomine significatur ejus majestas, qua nos creavit; Salvatoris vero, ejus beneficentia, & pietas, qua nos redemit, ac salvavit, & plus est suscitare mortuum ad vitam, quam vivum generare.

Quinto Ego sum Iesus. Ad Pauli ferocitatem, ac savitiam subjiciendam, & trahendam, ei obicitur sanctissimum nomen Jesu; nihil hoc divinissimo nomine efficacius, ac fortius ad obtinatos animos devincendos, ac trahendos, ubi hoc salutariter nomen sonat, omnia hostilia adversa dant manus, ac prosternuntur. In nomine Domini ultus sum in eos, devincens ac prosternens eos.

Depingit Job. 39. numer. 21. fortissimum equum & ait: Exultat audacter, in occursum pergit armatis, contemnit pavorem, nec cedit gladio, & super caput ejus sonabit pharetra. Unde iste equus, seu ascensor tantam habebat generositatem, ut exercitui armato exeat in occursum omne illius robur contemnens; nullum illius hostilitatis pavorem concipiens, & tanquam instrumenta bellica pede concilians. D. Bernardus tom. 1. serm. 49. ait esse D. Paulum inter innumera pericula in mari terra, latronibus, ab insidiatoribus, quae omnia gloriose superavit; sed unde illi tanta generositas, tamque felicissima victoria? Ait Job super se ipsum fundavit pharetra, unde tota victoria: Pharetra ista sonans est fortissimum nomen Jesu, quod cum sonat omnium corda penetrat, dat vires, animum, ac fortitudinem ingerit, hostilia destruit, & de omnibus magnifice triumphat; sic ait citatus D. Bernardus de sancto Paulo: Hic est equus, qui exultat audacter in occursum pergit armatis, contemnit pavorem, non metuit vulnera, nec discrimina, neque sanguinem, neque moriem, alacris, ac securo corde, pericula superat armatus nomine Jesu Christi.

Itineranti Populo Israelitico obviam venit Amalech cum exercitu armato, ut pugnaret contra Populum, quod videns Moyses ait Josue Exod. 17. n. 9. Elige tibi viros, & egressus pugna contra Amalech, Magna mihi est difficultas, cur ad hoc tantum negotium Moyses ex toto populo in ducem, & Principem elegerit Josue. Respondeo cum Philo lib. 1. de vita Moysis: Imperatorem his Iesum praeficiens unum ex minoribus ducibus. Valde mirum est, quod Moyses vir prudentissimus & in regimine sagacissimus ad tantum bellum perficiendum non elegerit ducem ex majoribus. Alii digniores, & praestantiores erant quibus omnibus praetermissis unum Josue constituit; quia prerogativa sui nominis debellato hoste victoria certa, magnificus triumphus designabatur. Huc advoco id, quod dicit Orosius libro septimo capite quarto de quodam victorioso duce debellato tyranno, Hujus loco Constantinus ex infima militia propter solam spem nominis sine merito eligitur.

72. D. Bern.

Plus glorietur le nomine Saluatoris, quam Dei.

73.

74. Job. 19.

Jesu nomine hostes prosternuntur.

D. Bern.

75. Exod. 17.

Philo.

Totius victoria auspicius, Iesu nomine.



QUÆSTIO XI.

Quare ad visionem, ac vocem Christi Paulus factus est stupens, ac tremens?

76. Quid mirum, quod ex visione Christi in sua claritate, & audita ejus voce paulus extiterit tremens, & stupens, cum ex viso Angelo dicat Daniel. 10. numer. 16. Domine in visione tua dissoluta sunt compages mea, nihil in me remansit virium, & Manue Samsonis Pater dixit prae timore ad uxorem suam: Moriemur, quia vidimus Deum, scilicet Angelum in Dei persona loquentem Judic. 13. numer. 22.

77. Hic timor licet naturaliter evenire poterat ex tã subitanea, ac insperata voce: Cur me persequeris tamen ex alia Dei providentia in peccatore timor pœnarum, ac gehennæ excitantur ad suorum peccatorum detestationem ex misericordia Dei ad spem venire, ac ad amorem, & ad obediendum omnibus dei mandatis, quorum omnium est initium sapientia timor Domini Psalm. 110. n. 10.

78. Unde à D. Augustino tract. 9. in Epistol. in Joan. dicitur est veluti acus, vel seta, qua filum introducit. A Clemente Alexandr. lib. 2. Strom. cap. 4. appellatur *Padagogus legis, ac Ecclesia*; quia sua alta sapientia legem explicavit, ac declaravit, Ecclesiamque sua magna eruditione nutrit, ac formavit. A D. Basilio in cap. 1. Proverb. Clavi, qui nos fixos in officio continent. A D. Chrysostomo homil. 15. ad populum: Miles armatus, excubans ad fores conscientia. Iterum à D. August. in Psalm. 57. Veluti servus preparans habitaculum Domino suo.

79. Scribitur Exod. 19. num. 17. Cum populus pervenisset ad radices montis Sina, cumque eduxisset eos Moyses in occursum dei de loco castrorum, ut populus perveniret in occursum Dei, quis poterit dubitare, quod multa dispositio, ac preparatio à Moyse præmittenda erat in populo forsitan, extitit longa, ac fervida oratio, vel austerâ penitentia in lachrymis, & jejuniis, vel multorum votorum multiplicatione serviendi deo, ædificandi templum, multum eorum præmittitur ad recipiendum Deum, sed tantum ejus timor. Dicitur immediate antea antecedenti versu 16. Timuit populus, qui erat in Castris. Nulla efficacior preparatio ad Deum excipiendum quam ejus timor: Ipse timor secum importat obedientiam obsequium, summumque amorē, & charitatem erga Deum, indeque timoris partus, salus vitæ æternæ: Ita Theodoretus Veracensis in Cate-na Græca in Isai ad illa verba Isaiæ 26. n. 17. Sicut que concipit cum appropinquaverit ad partum dolens clamat in doloribus sic facti sumus à facie tua Domine, concepimus, & quasi parturivimus, & peperimus spiritum. Græci legunt: Timorem tuum Domine in utero concepimus, & parturivimus spiritum salutis. Tunc sic ait citatus author: Ostendit utilitatem, qua ex minis Dei percipiuntur, accipientes timorem tuum, velut bonum semen in utero gestantes, opportuno tempore salutem reportabimus.

80. postquam perfectum, & consummatum extitit opus tabernaculi ait Textus Exod. 40. Operuit nubes Tabernaculum testimonii, & gloria Domini implevit illud, & non poterat Moyses ingredi tectum fœderis. prae reverentia, ac timore, ut explicat D. Anto. Olyssiponens. in expositione mystica, cur Moyses non ingreditur, ut optata Dei visione fruatur quam vehementer concupiverat? Quanto magis ipse non audebat appropinquare, tanto magis appropinquabat, & inde meruit, ut esset cum Do-

76. dan. 10. 77. Judic. 13. 78. Plal. 110. Clemens Alexand. D. Basil. D. Chry. sost. D. Aug. Timor ad honis ad salutem. 79. Exod. 19. Timor preparat ad Deum excipiendum. 80. d. Ant. Olyssipp. Cur Moyses timor Deo appropinquavit.

mino in monte per quadraginta dies ejus colloquio gaudens.

QUÆSTIO XII.

Quare D. Paulus tam alto, ac sublimi verbo respondet Domine, quid me vis facere?

81. Verba sunt hæc liberè, ac spontaneè suam voluntatem deo offerentis, quod turpiter negant Lutherus, & Calvinus, qui impie dicunt, hominis arbitrium non esse liberum, sed servum, & cap-tivum, & gratiam datam Paulo fuisse, ut cum violenter, ac coacte ad Christum raperet, sic fut-res, homicidæ à prætoribus, ac violentia trahuntur ad carcerem.

82. Quæ execrabilis hæresis, ac blasphemia sancti-simo, ac optimo jure damnantur à Concilio Tri-dentino sess. 6. Can. 4. 5. & 6. nam illa hæresis est contra veritatem Sacræ Scripturæ Ecclesiast. 15. numer. 24. Deus ab initio constituit hominem, & re-tulit illum in manu Consilii sui. Et iterum ibidem numer. 26. Si volueris mandata mea servare conser-vabunt te. Et iterum ibidem numer. 17. Apposuit tibi aquam, & ignem, ad quod volueris porrigere ma-num tuam. Deinde illa execrabilis hæresis negat su-premum Dei dominium in creaturas, cum non ha-beat, in voluntate humana, ut huc, & illuc libe-rè vertat, & negat Dei potentiam, & scientiam cum non habeat, nec sciat modum, quo voluntas ad hanc, & illam partem veniat, & tandem privat san-ctos suis meritis in obediendo, & exequendo Dei mandata.

83. Expandamus verba pauli cujus proloquio re-splenduerunt omnes virtutes in summa perfectione In hoc suæ conversionis instanti tam liberali manu divina gratia eum implevit, tantaque luce illustravit ait D. Bernard. serm. 1. in Conversione Pauli: O verbum breve, sed plenum, vivum, & omni acce-ptione dignum. Primo enituit fides, dum Dominum dicit, ac profitetur. Secundo enituit altissima pœ-nitentia, compunctio, ac contritio de antea actis, quod magna sevitia dominum suum persecutus es-set, ideoque tamquam servus ab eo misericordiam postulat. Tertio cultus, ac reverentia; cum Christum statim in primo verbo Dominum appellat. Quarto profundissima humilitas, non ait, Domine mi, sed tantum Domine, prae humilitate non audeat cum do-minum suum dicere, cum se illius indignum servum reputaret.

84. Quinto eximia conformitas cum voluntate divi-na: Quid me vis facere verba sunt animi resignati ac tradentis, & dantis se totum Deo, sic ipse dice-bat ad Galatas 2. n. 20. Vivo ego jam non ego, vivit vero in me Christus, ut explicant D. Chryso-sto-mus, D. August. non vivebat, ut suam volunta-tem faceret, sed ut Christi beneplacitum adimple-ret. De anima sancta dicitur Cantic. 2. num. 7. Ne susciteris, neque e vigilare faciaris dilectam quoad us-que ipsa velit. Origenes homil. 3. D. Nissen. homil. 4. Theodoret & alii legunt: Quoad usque ipsa velit. Quomodo hæc Deo possunt stare, ipsa est sponsa, scilicet anima sancta, ipse est sponsus, nempe Chri-stus Dominus & ideo optime coherent, tam uni-formiter se habent anima sancta cum Christo, & Christus cum illa. ut in eis sit una tantum voluntas & idem est, quod ipsa vult, ac quod ipse vult.

85. Sexto maxime elucet, ac resplendet pauli magna-nimitas dum se offert ad omnes labores, persecutio-nes, vexationes, ac cruciatus pro Deo sustinendos: Unde ipse dicebat Rom. 8. num. 15. Nulla creatura

81. Luther. Calvin. 82. Inspiratio Dei libere homo consentit. Trident. Ecclesiast. 14. 16. & 17. 83. Respon-dens om-nes virtu-tes in Paulo. D. Bern. 84. Galat. 2. vni-formi-ta cu Deo. Cant. 2. Origen. Nissen. Theod. 85. Rom. 8. nos

Versiones,

CUM EXPOSITIONE IV.

Verf. 7. ET Dominus ad eum surge. Ecce jam ap-paret perfectissima pauli obedientia, ut notavit Caietanus, ipse prostratus erat in terra, & tamen non audeat surgere, nisi iussus à Domino. Et ingredi civitatem. Tertullianus: Exurge, & abi in Damascum, quæ erat civitas, ad quam tendebat. Ibi dicitur tibi quid te oporteat facere, Syriacus Ibi tecum habebitur sermo de eo, quod te oporteat agere. Dicitur in Textu facere, & non audire, suscipiens nempe Sacramentum Baptismi, Confir-mationis, & forte etiam Eucharistiæ, de quo in-fra verf. 19.

86. Octavo: In hoc multum radiavit sapientia Pauli: Pauca verba protulit, & tot ampla comprehendit, & uno, vel altero verbo tot, & tanta protulit Cum sacratissima Virgo Maria ad altissimum Incarna-tionis mysterium præberet consensum Angelo nuntiandi dicit: Ecce Ancilla Domini fiat mihi s-cundum verbum tuum Luc. 1. num. 38. D. Ildephons. lib. 2. de virgine ait: Paucis verbis multa dixit, quam prudentiam Paulus est comitatus.

87. Nono: Valde prompta obedientia, quæ se præpa-rat, ad in omnib. obediendum, Quid vis ut faciam. D. August. serm. 14. de sanct. ait: Jam parat se ad obediendum, qui prius se videbat ad persequendum. Iam formatur ex persecutore predicator, ex lupo ovis, ex hoste miles, ovis audeat quid facere debeat.

88. Pro hac obedientia expendamus verba: Domine quid vis, ut faciam; non dixit: Impera quid faciam, sed quid vis. Hæc est perfectissima, & sublimis o-bediencia, quæ ante Domini mandatum jam exequi-tur ejus voluntatem, antequam Dominus imperet jam voluntas est in promptu, & preparata ad obediendum: Paulus ait: Domine quid vis, ut faciam, & Dominus ad eum: Ingredere civitatem, & ibi di-cetur tibi, quid te oporteat facere. Ante datum man-datum jam voluntas erat illud adimplendi, volun-tas exequendi præcellit Domini imperium.

89. De illis Cœlestibus, ac divinis Spiritibus decan-tat Regius Vates Psalm. 102. num. 20. Angeli ejus potentes virtute, facientes verbum illius ad au-diendam vocem sermonum ejus. Debitus rerum ordo totus videtur inversus; prius est enim verbum au-ribus percipere, dein de illud opere implere, proin-deque dicendum videbatur: Audientis vocem ser-monum ejus ad faciendum verbum illius: At de divinis Angelis aliter proclamatur: Facientes verbum illius ad audiendam vocem sermonum ejus. In hoc eminent, ac resplendet celsitudo virtutum Angelicarum, quod prius se præparant, ac pergunt ad Dei impe-ria perficienda, quam dei jubentis voce declaretur, eisque exponatur: Ad hunc modum Cœlestium vir-tutum Paulus existens in terra prius extendit ma-nus ad opus: Domine quid me vis facere, quam divi-num mandatum audeat.

1. Tim. 2. 86. Multa breviter. Luc. 1. Ildeph. 87. D. Aug. 88. Perfecta obedientia non expe-ctat in man-latum. 89. Plal. 102. Ante manda-tum vo-luntas exequitur.

Act. 9. num. 7. Et Dominus ad eum. Surge, & ingredi civitatem, & ibi dicitur tibi, quid te oporteat facere. Viri autem illi, qui comitabantur cum eo stabant stupefacti, audientes quidem vocem, nemi-nem videntes. Num. 8. Surrexit autem Saulus de terra, aper-tis oculis nihil videbat, ad manus autem illum trahentes introduxerunt Damas-cum. Num. 9. Erat autem ibi tribus diebus non vi-dens, & non manducavit, neque bibit.

90. Siabant stupefacti, Arabicus; Manebant attoniti, manserunt silentes. Æthiopicus: Admirantes, alii legunt multi Quomodo dicitur stabant, cum pau-lus dicat Act. 26. num. 16. quod fuerint prostra-ti, & ita re vera contigit, stabant tamquam fixi in suo loco absque eo quod pedem moverent stupe-facti, & attoniti ex luce visa, voce audita, & præ-senti Pauli casu. Audientes vocem, neminem autem videntes: Æ-thiopicus: Viderunt lucem, vocem prolatam non au-dierunt; nostra tamen vulgata, ceterique Codices habent audierunt, sed quomodo hoc coheret cum eo quod Paulus ipse ait Act. 22. numer. 9. Lu-men quidem viderunt, vocem autem non audierunt. Intelligitur vocem Christi: Quid me persequeris? Hanc comites non audierunt, cum autem viderent est in presenti: Audientes vocem, scilicet ipsius Pauli: Quid me vis facere? Ita exponunt Divus Augusti-nus in Psalm. 67. Lyranus, Glossa Ordinaria, Hu-go, Carthusianus Caietanus. Alia est etiam expo-sitio vocem audientes scilicet Christi confusè, & in-distinctè ita ut ejus intelligentiam non perciperent. Prima tamen interpretatio est aptior.

91. Verf. 8. Surrexit autem Saulus de terra. Æthio-picus: Resurrexit à casu. Cum perfecta obedientia juxta Christi præcipientis mandatum. Surge surre-xit; Apertis oculis nihil videbat. Syriacus: Nihil ei apparuit, Cum essent oculi ejus aperti. Divus Chryso-stomus: Nihil videbat. Oculi ejus erant obturati, ita ut videre non posset, ideoque dicitur infra: Ceciderunt ab oculis ejus tamquam squa-me. Lux divina magis ferit oculos Pauli quam comitum, ita ut comites ut notarunt D. Chryso-stomus & Oecumenius possent eum ducere in civi-tatem: Ad manus autem illum trahentes, Syriacus: Dum comprehendissent manum ejus. Ad manus illum trahebant, ut solent cæci, vel ut ait D. Chryso-sto-mus: ducitur per manus tamquam Christi capti-vus, qui modo servos Christi tamquam captivos ducebat in carceres.

92. Verf. 9. Et erat ibi tribus diebus non videns. Syriac-us: Neque visum est ei quidpiam, non videns visu corporali, maxime vero mentali; nam in hoc tri-duo, juxta multos Doctores habuit illum admi-rabilem raptum usque ad tertium Cœlum, in quo audit arcana Dei. 2. Corinth. 12. numer. 2. non manducans, neque bibens.

93. Verf. 9. Et erat ibi tribus diebus non videns, & non manducavit, neque bibit. 94. Syriac.